Accursius, Guilelmus: Casus longi super Institutis etc.

Lyon, ca. 1487 [GW 11710] [Sack 13] Seite 2b



seu institutā fuisse cōpositā occasione ru
dium et iuuenū. Nono nota ꝙ scolares
a principe habēt principiū et finē studij.
principiū habēt: quia in primo anno studēt
institutā que est cōposita ab ipo imperato-
re. habēt finem studij a principe: quia vltio
anno student codicē quem codicē ipe pri
ceps iustinianus cōpillauit ex tribus anti
quis codicibus. scilicet hermogeneano. theo
dosiano. et gregoriano. et etiā cōpillauit
ex antiquis ꝯstitutiōibus extrauagātibus.
Nota decimo ꝙ res diuisa et distincta
melius intelligitur quam res nō diuisa. Nota
vndecimo ꝙ iste liber appellatur institutō
nū seu elementorum. Nota. xij. ꝙ tm̄ valēt
leges institute: quantū valēt leges cuiuslibet
alterius libri legalis. Nota. xiij. posse et
debere ad regimē ꝓuinciarum et ciuitatum
elegi peritos sapientes et doctos ciuius
quam laycos. multa alia possēt notari circa
has ꝯstitutiones: sed pro presenti vobis
sufficiat guillermus accursij.

E iustitia et iure. Circa hanc rubri
cam quatuor sūt videnda. Primo est cō
tinuāda rubrica et hoc. Imperator insti
nianus volens incipe librū institutionū
incipit tractare de iustitia ⁊ iure: cū iusti
tia inter alias virtutes obtineat pricipa
tum. et cū ius sit ipius iustitie filius. etiā
agit post iustitiā de iure. Secūdo diuidit
rubricam in duas ptes. de primo tractatur
ibi in principio. de secūda infra vsque ad ti.
sequentē. tertio expone rubricā scilicet hoc
subaudi videamus de iustitia ⁊ iure. quar
to habit circa hāc rubricā duas questiones
Prima est: que est dīa iter iustitiā ⁊ ius
et hanc solue ut in glo. rubrice. ⁊ in glo.
posita in. §. i. que glosa incipit. Potest
recte. ⁊c. Secūda questio que est cū in rubri.
dicatur de iure. et in textu nihil dicatur dif
finiendo vel diuidendo sic vt i. §. Iuris p̄
cepta. ⁊ hāc questiōem solue tribus modis
vt hic in secūda glosa rubrice.

Ustitia. Totū istum titulum di
uide in quinque ptes principales. In pria
parte soluit dr̄ de prima pte rubrice. s. de
iustitia et in ipa prima pte. diffiniuit iusti-
tia. Et est sciedū ꝙ hec prima ps in qua
diffinitur iustitia dupliciter pōt intelligi
vno modo vt loquitur de iustitia diuina. alio modo
vt loquitur de humana iustitia. Si uis in-
telligere de diuina iusticia sic po. ca. deus
qui ē iustus habet volūtatē ꝯstātē. i. firmum
stabilē et ꝑpetuā. i. nō tpalem: sed sp dura
turā tribuēdi unicuique ius suū. s. bn̄meritis
paradisū: male meritis infernū. Si aūt vis
intelligere secūdo modo. s. de hūana iustitia sic
pone casū. homo iustus habet. i. hīc debet volū
tatē tribuendi vnicuique ius suū. Et po.
exemplū i iudice iusto qui debet hr̄e volūtatē
absoluēdi inoxios et iculpabiles: et pū
niendi criminosos et secundum hāc secūdam expo
sitiōem illa duo vocabula posita in diffi-
nitiōe iustitie. s. ꝯstans et ꝑpetua sūt abi-
cienda et remouēda ab ipa diffinitione
quia iudex qui est homo hūanus nō est ꝯstās in
volūtatate nec ꝑpetuus. In secūda pte in-
cipit tractare de secūda parte rubrice. s. de
iure in qua secūda pte sic forma casū. Ego
quesiui a iustiniano imperatore o dn̄e re-
spondeatis mihi ad hāc questiōem nos
dicimus quottidie ꝙ bonū est hr̄e iuris-
prudentiā. dicite ergo mihi quid est iuris
prudentia vel quod dicatur habere iurispru
dentiam. Et certe imperator respondet di
cens ꝙ ille dicitur habere iurisprudentiam
qui scit cognoscere res diuinas et hūa-
nas. et qui cognoscit iustū et iniustum. 3°.
dixit ex quo vidimus i. i. pte quid ē iustitia et
ex quo vidimus in secūda quid est iuris
prudentia. Etiam videamus qualiter le
sunt docende: et quo ordine. et certe le
ges sūt docende hoc modo: quia scolares
qui volūt audire iura ciuilia. primo debēt
incipere a leuibus. s. ab hoc libro institu
tionum postea debēt ascendere ad gra-
uiora. s. ad librū digestorum et codicis. Et
redditur ratio quare sit incipiendum a leui
bus quia si incipiant a grauioribus. s. ad li
brum digestorum et codicis: vnum de duo
bus male accidet seu eueniet. quia aut ru-
dis ꝓpter nimiam difficultatem deseret

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/accursius1487/0008
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg